



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 41. Peacockus & Milvertonus in Anglia a quadam Synodo damnati

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

solium recuperasset, Innocentius VIII. Sæcul. XV. A. C. 1486.
 non modo connubium ejus cum Elifabe-
 tha ratum habuit, verum etiam Anglis Raynold. ad ann. 1486.
 præcepit auctoritate Apostolica, ne un-
 quam posthac de successionis juribus no-
 vas lites Lancastriensibus movere aude-
 rent, cui etiam familiæ pro jure suo An-
 gliaæ sceptrum asseruit. Data est hæc
 Epistola anno millesimo quadringentesi-
 mo octogesimo sexto die vigesima septi-
 ma Martii ipsi Regi nuncupata. Aliam
 ad eundem perscripsit, qua Regem obte-
 statur, ut nullatenus permittat, regni
 sui Clericos sæcularium jurisdictioni sub-
 jici. Dubia est hujus Epistolæ dies; ad
 scripta quidem est septima Maji anni prio-
 ris; ast errorem irrepsisse constat, cum
 Henricus VII. non nisi die vigesima secun-
 da mensis Augusti Angliæ regno restitutus
 esset.

§. XLI.

*Peacockus & Milvertonus in Anglia
 a quadam Synodo damnati.*

Sub idem tempus Joannes Mortonus Labbe Col- lect. Conc. Tom. 13. p. 1466.
 Cantuariensis Archiepiscopus, & A-
 postolicæ Sedis Legatus quædam statuta
 ad restaurandam disciplinam & reforman-
 dos Clericorum mores utilia condere sta-
 tuit; quapropter die decima tertia Fe-
 bruarii anno Domini millesimo quadrin-
 gente-

Sæcul. XV.
A.C. 1486.

gentesimo octogesimo sexto, & translationis suæ a Sede Heliensi ad Cantuariensem anno primo, Prælatos, ceterosque Provinciæ suæ Clericos Londini in Ecclesiam S. Pauli convocavit: hujus tamen Synodi acta non extant, excepto unico decreto, quo statutum, *ut quilibet Episcopus Provinciæ Cantuariensis exequias celebrare, & sex Missas pro anima Episcopi confratris sui decedentis infra mensem a tempore notitiæ mortis dicere teneatur.* Eodem etiam anno Lambathi Synodus agebatur, Præsidente Thoma Archiepiscopo Cantuariensi & Cardinale, in qua Reginaldi Peacocki Cicestriensis in Anglia Episcopi errores damnati, ejusque libri igne combusti fuere, ipse vero Episcopus in quoddam coenobium detrudebatur. Hujus Synodi acta in ultima Conciliorum Britannicorum collectione excusa non reperiuntur, nec ad manus meas hucusque pervenerunt. Ceterum Peacockus inter suos discipulos numerabat Joannem Milvertonum Carmelitam sacræ Theologiæ Doctorem, & Professore Oxoniensem, qui ab Episcopo Londinensi excommunicatus, demum Romam ad Papam confugit, ubi tamen frivolis ejus excusationibus rejectis, in carcerem detrusus, solido triennio detentus est.